Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Collectanae - Cod. Ettenheim-Münster 394

[S.l.], [17. Jahrh.]

Clavis sapientiae politicae

urn:nbn:de:bsz:31-134055

Visual Library

Clavis Sapien-tiæ politicæ, sive usus historiæ et chronologiæ.

Jucundum hoi discere ē, iucundissi-mus ū discere cū voluptate; illud gra-tum ē, scientiarumq̃ admodū oīm; hoc unius ē historiæ. Quippe nullum eruditionis existit genus, ex quo aut pluria, aut citiq, et minore animi fa-tigatione addiscuntꝫ. Scientiæ aliæ tū demq̃ sapere incipiunt, cū ob-linentur: historiā delectat etiā, cū discitur. Cū horiā suaveolenter violas legimq, in floridissimis torulis amænissē renidentes. Cum alijs a-scientijs rosas quem carpimus, sed ex spinis. Clavis porro sapientiæ polit: nominatꝫ horia; tamdiu n. sapis, quamdiu es historicus. absq

Historia nec mica tibi salis ẽ, nec
cerebri, nihil é famæ, nihil ẽ gstus.
Juvenes historiarũ cognitio senũ
æquat prudentiæ quam n. ipsi vi-
vendo, tu legendo habere potes: Hinc
clavis cũ secreta sit maxima, ejus
usu compendio accipe; plura quoti-
die ipse disces; disces, si sapis.

Ipsa itaq; inprimis historia pernoscen-
da é, perspiciendaq; accurate, unde
tanquã ex principijs maxima parte
rarissime fallentiby Conclusiones
deducendæ st pra . Ea qũ
politicæ, quæ remp. cives et subdi-
tos gubernent.
Despoticæ, unde se principes et Ma-
gistratg erudiant. Œconomicæ qby
unig familiæ multitudo regitur.
Monasticæ, qby se ipsũ alys quasi pri-
vatũ dirigit. Hæ n. ad syllogismũ

prudentiæ quammaxime pertinent, cujus principia sunt consilium et iudicium, Conclusio vero est Electio, quæ eadem est actionum humanarum liberæ et Moralis animæ; Ex his deliberandum, quid fieri, quid omitti oporteat.

Consulendum ac iudicandumque aliter pro Democratia, aliter pro Oligarchia, aliter pro Monarchia. Democratia est resp. quæ a populo potestate populari administratur. Oligarchia, quæ regitur a paucis Magnatibus vel Senatoribus. Monarchia vero est, cum totius reip. summa penes unum est, cui sane Aristoteles primas concedit. Hac enim plurimum tribuit optimo, inde secundo, postea tertio, deinceps aliis. Reliquæ vero civitatis qualitates Catoniano supercilio observant. Princeps enim Democratiæ et Oligarchiæ caput est, ut omnes sibi sint æquales, et nemo ante aliud in aliquo emi-

neat, quod secundum nota est, usque improborum. De his plura lege apud Politicos, sed intellige Christiane.

Quemadmodum in Sciarum organo Logica complexiones sive conclusiones aliæ sunt contingentes, aliæ necessariæ, ita in politeia et rep. eventus, qui instar conclusionum sunt, alii sunt, qui maxima parte sequi solent, non tamen semper, alii non omnino sunt necessarii, et certo et semper secuturi. V.G. Hæresin arma spectare, sanguinem sitire; tumultus plebeios spectare libertatem: attendendi proinde solliciter sunt rerum eventus; ante hos non maxime eventuum initia et progressus, ex quibus et nati sunt, et quasi adoleverunt. Qui, cuiusque consilii aut incepti, exitus esse soleat, diligenter observaverit, is demum quid ex quo eventurum sit, certissime providebit. Quanquam enim non certo quodam, et immutabili fato res humanæ labuntur,

earumq maxima ē inconstantia, et
multa praeter id, quod ē verisimile,
eveniunt, plerumq tn̄ e similibus simi,,
lia existunt: neq ulla ē certior regula
iudicandi, quo unaquaq res eventura sit,
quam considerare, quem exitu similia in
longinquitate temporum saepius ac frequen,,
tius habuerint. Quod ipsum prudentia ē,
sua providentia; Prudens n. quasi pro,,
videns Ciceroni l. 1. de legib. Quae sanè
prudentia Dione Cos. tantum ex aliis
virtutibus oibus eminet, quantum inter cor,,
poris sensus ante alios, visus ē eximius.
In horia iterum tanqua in alieno malo fu,,
gienda + fides tua, et remedia invenis, + vides
ruina praecedentium salus ē posterorum.
Sapiens n. ex alieno vitio suum emendat.
ignavus q nimis ē, qui post exempla in,,
venitur incautus; prudentis a. maximè
ē, bene deliberare. In gravibus et se,,
riis deliberationibus cum maximus exemp,,
lorum usus sit, apud graves et cordator

virorum maiorem vim obtinent, quæ ex historiis ducta sunt. In consiliis n. valet ille, qui multa eiusdem generis singularia ex historiis, adhibito iudicio, notaverit, quam qui ex Philosophorum commentariis communia quædam vivendi præcepta cognoverit.

Quoniam porro Regum varia sunt, sicuti ingenia, ita imperia, prodest omnino scire, quomodo etiam sub illis viri boni ac prudenter vixerint, quomodo eorum vitia tulerint, quomodo dissimularint. Multa sunt in Principibus, quæ nemo bonus laudare potest; potest tacere. nihil tam adversum libertati, quam aut tacendi, aut adulandi necessitas. Discendum est, quæ principes occulta esse volunt, etiamsi sciamus, nescire.

Imprimis autem historia principibus utilis est, Magistratibus atque iis, quos admonere etiam vix audeant amici. Proinde

de qbus admonendi eent, in hortare, perinat, si sapiunt, quemadmodum Ptolomaeum Regem docuit Demetrius apud Laertium l. V. c. V.

Non a. res ipsa sive anima historiae eventus sunt attendendi, verum maxime verum attendenda sunt peristases, circumstantiae, sive adiuncta: Caresit n. utilitate sua historia, nisi etia loci, temporis, causarum, omniumque occasionum contestratio. Hanc ex historia prudentiam gscientes, ubique idem eris, tibique constans, et pro ut rerum exposcet varietas, ita te accomodabis tempori, neque unquam te mutabis, sed aptabis, n. aliter atque manus, quae semper eadem e, sive illam in palmam explicatur, sive in pugnum gtrahitur. Sunt a. 3. historiae tempora. Praeterita, Praesentia. haec cogita et memineris haec ordina et egeris. Futura, ista provide, et, cave. — — —